



Secularē Reformati, per Præpositum Antecessorem B. Adamum Helfensteinium, ad D. XXV. Martii, qui *Annunc. B. Virg. Deipara* erat, Anni salutiferi M. D. XCI. in Evangelicæ Lutheranae typum, Monasterii B. Mariæ Virginis Magdeburgensis Memoriam, Die XXVII. Martii, qui Mercurii, à Paschate peracto proximus est, DEI O. M. ductu, quâ decet licetve reverentiâ culturis, tangitur animus *πλουθρυδία* Politici: *Sæpe Rempublicam ad sua Principia revocandam esse.* Abolet ferè tam novaturiens pruritus, quàm vetustas longæva invertitve locorum faciem & morum genium, adeò quicquid ex antiquo placuerat: Cui tamen uni in acceptis debent ferri certa præsidia Statûs, unde pax bona, virtus, & artes in egregium publicum suppullulant. Miraculi quidem speciem ferat exemplum salutaris instituti, centum nedum mille annorum processu, ac pari vigore perlatum. Satanus enim Apollyon, ordinis, honesti, doctrinæ melioris hostis pervicax, id noctu interdiumque meditatur, ne quiduspian probum rectumvè visatur; circuit igitur & subruere gaudet per varia organa, id quod DEI gloriæ & mortalium saluti sancitum erat. Ac, ne ritè composita

posita